



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

51. An sit contra Sigillum Confessionis etiam cum licentia pœnitentis
revelare peccata complicis absque complicis licentia? Et breviter notatur
cadere sub Sigillum quamcumque personam in confessione ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

placitum pœnitens. Ita ille. Sed tu tene primam sententiam, quia quæ necessaria sunt ad integratim confessionis; vel quæ dicuntur quasi coniunctim ad declarationem proprij peccati, sunt materia sigilli. Secundum, quia ex revelatione peccati complicis, sæpe numero potest agnosci peccatum pœnitentis, vnum enim est alterius manifestatum. Tertium, alioquin confessio redderetur onerosa & odiosa.

3 Dices hoc verum esse, quando complex ex necessitate integratatis confessionis secundum opinionem multorum DD. manifestatur, non autem quando absque necessitate manifestatur, ut est in casu nostro. Respondeo, & dico hoc etiam procedere, non modo cum ad peccatum declarandum necessarium fuerit complicem in confessione exprimi, sed etiam cum fuerit utilitatem. In modo quoties ad eum finem penitentis (etiam si in eo forte agat minus prudenter) id dixerit, quod est in confessione tolerandum, habita ratione communis modi confitendi hominum multa sepe dicentium animo declarandi sua peccata, qua non sunt ad id necessaria, in modo interdum neque utilia. Cum ergo simplices, & imprudentes animaduertendi non sunt a confessore, sicut nec alij, tacenda non sunt quaecunque ab eis dicuntur ad explicacionem peccatorum suorum, ut possint securer, & sine timore revelationis confiteri. Et haec responsio defumpta est ex celebri doctrina, quam adducunt in terminis Reginaldus tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 39. Suarez tom. 4. disput. 33. j. 3. num. 5. & Malderus tract.

*de sigillo, cap. 18. fol. mibi 170. vbi probant, omnia
qua^e occasione sui peccati explicandi, penitens in
confessione dicit, cadere sub ligillo, etiam si super-
flue addita sint.*

RESOL. LI.

An sit contra sigillum confessionis, etiam cum licentia penitentis reuelare peccata complicis absque complicis licentia?

Et breviter notatur cadere sub sigillum quicumque personam in confessione detectam, sive ad declarandam aliquam substantiam necessariam sive imprudenter eam nominando sive necessitate: Ex part. 5. ut. 1. Ref. 24.

^{Sup.hoc sup.} §. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Gabriel prope finem Ref. 48. verl. *Vaquez in 3. part. tom. 4. quest. 9. 3. arric. 4. Deinde, dub. 3. num. 5. quia sigillum confessionis est etiam in fauorem complicitis, unde certum est, & contrarium*

ad eum complices , unde certum est , ut contra nos dicere esset falsum ; Confessarium teneri seruare sigillum respectu complicis , quia manifestatio complicis pertinet ad explicacionem peccati penitentis ; et ita etiam hanc sententiam docet Kellisonius rom . 2 . in 3 . parte , quest . 21 . artic . 1 . dnb . 2 . vbi sic ait : Notandum Sacerdotem obligari hoc sigillo etiam in gratiam complicis , quia hoc sigillum concessum est in hunc finem , ut tota causa huius fori sub secreto contineatur , quare quando persona complicis pertinet ad explicacionem peccati penitentis , tanquam circumstantia , non potest Sacerdos revealare complicem , nisi veniam habeat non solum à penitente , verum etiam à complice , seu socio penitentis .

2. Non reticeam tamen negotium opinionem tenere Suarez in 3. part. tom. 4. disput. 34. scit. 3. numero 7. Malderum tract. de sigillo. cap. 17. & Hurtado de Sacramentis. disput. 12. difficult. 6. vbi sic ait: Obseruandum est non esse contra sigillum confessionis ex licentia expressa penitentis reuelare peccatum complicis ab illo complicis licentia, quia sigillum tantum obligat in favorem penitentis; ut

confessio non fiat ipsi odiosa , nec ab ea retrahatur ex revelatione autem complicis ex licentia penitentis facta , nulli alij adhuc complici fit odiosa confessio , vt ab ea retrahatur : vnde si alias non fiat iniuria complici , vt potest contingere , porerit eius peccatum ex licentia penitentis revelari ; & ita hanc sententiam docet etiam Io. Præp. in 3. part. quæst. 11. de sigillo , difficult. 6. num. 47. Dicendum est igitur , quidam sigillum propriè est in favorem penitentis , & non nisi per quandam redundantiam in favorem complicis ; quatenus potest oriti ex favore penitentis ; ergo quanto fauor penitentis aliud poscularet , eo concedente licentiam non remaneat obligatio sigilli respectu complicis : vnde patet responsio ad rationem Vasquez , cuius tamen opinionem probabilem esse puto.

3. N otandum est tamen h^c obiter cadere sub sig-
lum quacumque personam in confessione de-
c^tam, sive ad declarandam aliquam circumstantiam
necessariam, sive imprudenter cum nominandi fine
necessitate. Ita Reginaldus tom. 1. lib. 3. cap. 4. num.
4. 1. & alii.

RESOL. LII.

Quid facere debeat Confessarius, si ex confessione unius complicis scit peccata alterius, & alter in confessione faciet? Ex part. 5. tractat. 11.
Ref. 21.

S. i. **H**enriquez lib. 3. de penit. cap. 20. num. 6. In
Hassler posse ei in eo casu differre absolutionem per dies aliquot. & tandem teneri Confessarium cum absoluere, quia post audita peccata acquisuit penitentis ius absolutionis.

2. Verum Toleatus libro tertio capite 26. numero quarto, putat non solum posse, sed etiam debere Confessarium eum abolire, si postquam eum interrogavit in communi, an aliquid amplius habeat, quod conscientiam torqueat, responderet, se nihil habere, quia peccanti per le, & contra fide credendum est, & non est maior ratio, cui alteri major fides habeatur, quam isti. Vnde Fagundez p[ro]p[ter]a. 2. lib. 6. cap. 4. num. 37. docet in tali casu non posse Confessarium diffidere absolutionem & ita ego proflus teneo.

RESOL. LIII.

An Confessarius statim post finitam confessionem, & daram absolucionem possit loqui cum paucitate absque licentia de errore, v.g. commissio in dicta confessione i Ex. part. 5. tractat. 11. Resolut. 19.

S. i. **A**ffirmatiū respondet Tannerus tom. 4. q̄disputat. 6. quest. 9. dub. 6. num. 132. Henr. quēz lib. 3. de pénitent. cap. 2. numero 2. in fine. & Ioan. Præpol. in 3. part. quest. 11. de fīgīo. dub. 1. num. 41. vbi sic āit: Adiuerte simili licete monere pénitentem in eadem confessione etiam post abolutionem, quia morali iudicio id non censetur fieri extra idem forum, sed censetur pertinere ad actus complementum. Ita ille.

2. Non definiam tamen hic adnotare contraria sententiam mordicus tenere Stephanum Fagundem insighem Theologum Societatis IESV, pr. 2. lib. 2. cap. 4. numero 23. vbi ita afferit. Afferunt aliqui, flatim post finitam confessionem, & datam abolutionem occurrit error emendandus, posse Com-
muni-
cari.